

Ed. Neugart, Episcopatus Constantiensis, Friburgi 1862. I. tom. II. 167. Apologiam ipsam tres circiter quaterniones complectentem manus furaces saeculo XVI. exeunte e codice excisam abstulerunt.

Cfr. Cod. 358. De b. Berchtoldo abb. cfr. Engelberg, pag. 41 sqq. Wetzler und Welte's Kirchenlexikon. 2. Aufl. II, 389 sq. (Freiburg 1883.)

CODEX 19. olim signatus 1/22.

Foliorum 144, 323 : 238 mm., lineis plenis exaratus saeculo XII. sub b. Frowino abbate, quod indicant in fronte folii 4. versus huius tenoris:

Hac in scriptura Frowine patet tua cura,

Hanc vigilis mentis quia scripsisti documentis.

Codex bene rubricatus est ac litteris initialibus 'Frowinianis' insignitus. Major pars folii 144. deest.

1.^o Omeliae sancti Gregorii papae super Ezechielem prophetam. *Fol. 3'—142'.*

P. L. 76, 785—1072. Praecedunt (fol. 1'—3.) testimonia tam veteris quam novi testamenti [quae, cum] sanctus Gregorius curaret ipsa conexa testimonia sub typica vel morali expositione discutere, placuit . . . sub titulis vel capitulis notare.

2.^o *Tractatus de pronuntiatione litterarum consonantium. Fol. 143. et 144.*

Consonantes quae in qualibet dictione inter duas vocales vocantur — in illis invenires, ut instruo, monstro, ut quid.

CODEX 20. olim signatus 1/18.

Foliorum 193, 315 : 230 mm., lineis plenis exaratus saeculo XII. ornatus litteris initialibus 'Frowinianis', utpote scriptus sub b. Frowino abbate. licet hodie ab initio codicis folium desit, quo (teste catalogo msc. codicum anno 1787. per R. P. Carolum Stadler collecto) se offerebant versus sequentes:

Hunc famulis Christi, Frowine, librum tribuisti,

Ut Christo revocet, quos liber iste docet.

Additum est folio 120. supplementum quoddam minoris formae.